NABOT

VINEA ET VITA PRIVATVS.

MELODRAMMA

DOCTORIS PAVLI GINI

In Sacello Archiconfraternitatis

SANCTISSIMI

CRVCIFIXI

Apud S. MARCELLVM Vrbis concinendum

Modulis expressum

A DOMINICO PHILIPPO BOTTARIO

LVCENSI.

Feria VI. post Dominicam tertiam Quadragesimæ

ANNI MDCCII.



ROMÆ, Typis Ioannis Francisci Buagni. MDCCII.

Superiorum permissu.

INTERLOCVTORES.

ACHAB Rex Iſraelis.
IEZABEL eius Vxor.
ELIAS Propheta Dei.
NABOTH Dominus Vineæ,
VMBRA eiuſdem Naboth.

ARGOMENTO.

Ottenutasi da Achab Rè d'Isdraele, à preghiere di Elia Profeta la bramata pioggia per il suo Regno, e fattosi glorioso per le molte vittorie riportate contro de' suoi Nemici, s'inuaghì d'vna Vigna di Nabot Iezraelita, contigua al suo Palazzo; E perche da Questi gli fù negata, tutto mesto e sdegnatosi pose in letto, senza voler prender cibo.

Di che auuedutasi Iezabelle sua moglie, procurò di saperne dal medesimo Achab la cagione, e di andarlo consolando. con assicurarlo, che sarebbe stata sua cura, acciò Egli conseguissi la sopracennata Vigna.

Per opera in tanto di Iezabelle fù lapidato Naboth, con mendicato pretesto che hauesse bestemiato il nome d'Iddio, e del Rè, secondo viene riferito al 3. lib. de' Rè al cap. 21.

Morto dunque Nabot, mentre Achab se ne và a prendere il possesso della bramata Vigna se gli fà incontro Elia, e sgridatolo per parte d'Iddio dell'eccesso commesso, gli predice, che nello stesso luogo, doue i Cani lambirono il sangue dell'Innocente Nabot, auerebbero lambito anche il suo, & appresso quello di Iezabelle come viene registrato al sudetto cap.

L'Autore poi del presente Oratorio per dar maggior materia alle Voci, che rappresentono Elia, e Iezabelle, non lascia di accennare il zelo mostratosi dà l'vno nel riprendere il Popolo d'Isdraele inconstante nell'adoratione del vero Iddio, e della credenza vsata all'Idolo Baal, oltre alla morte data dal mede-

desimo a 450.falzi Profeti: E la persecutione continua dell'altra contro lo stesso Elia, per la quale fù costretto fuggirsene al Deserto, e ritirarsi in vna Spelonca di doue vscito per Diuino Comando, venne poi à sgridare il Rè Achab come si è detto.

Allegorìa.

CHe Nabot sia stato Figura, e Tipo di Giesù Christo, vien' affermato da' SS. Padri, il quale à somiglianza di Nabot falsamente accusato fù fatto morire, e soffrì volentieri la morte per Noi, che siamo la sua cara, e diletta Vigna, di cui stà scritto in Geremia al cap. 2.
EGO PLANTAVI TE VINEAM ELECTAM.

PRIMA PARS.

Ach. QVam fausta tibi sors, & Cœli arrident
Achab Samariæ Rex!
Pluuiam terris negatam
Solis voluta ter, & amplius Rota
Gemens anhelat Regnum,
Precibus mox Eliæ
Nube tegitur Cœlum,
Optatus cadit imber:
Plaudit vir, gaudent Campi, Armenta exultant,
Herbis, & Virens Tellus
Tempora cingit florida corona,
Spicas dat Ceres Flaua, Vuas Pomona.
Gaude Achab, exulta, iubila.
Sistat Regno æterna Quies,
Ducant dies fortunatos,
Annos pingues, & pacatos
Gratæ stellæ, amica nubila. Gaude &c.

Iez. O felix, terque felix
Iezabelis Reginæ amate Coniux;
Nomen Achabe tuum
Toto resonat orbe:
Hostes iam profligatos,
Et Siros debellatos
Vidisti, ò Rex inuicte, & Israel vidit.
Eia Buccinæ, Sistra, & Cytharæ
Voces iubili harmonicas date;
Strenui, & fortis
Mei consortis
Iò Victoriam,
Laudes, gloriam
Nouis plausibus resonate. Eia &c.

Nab. Quis hominem vnquam vidit
Exultantem, sic lætum
Naboth feliciorem?
Hæreditas est mihi
Domus Auitæ census,
Thesaurus & immensus;
Vinea, quæ melior, similis cui nulla per omnes
Visa fuit Terras, tam bene culta manu.

Vinea electa
Mea dilecta
Quam formosa
Quam pretiosa
Rapis cor, & cordi amores,
Sunt iucundæ
Flauæ, ac mundæ,
Ori meo
Melle hybleo
Vuæ tuę suauiores. Vinea electa &c.
Quot rara, quot amæna
In te luxuriant poma;
Benigno Cęlum rore
Solum fæcundat tuum,
Lenibus rigat aquis.
O Vinea bonis plena, opima semper!
Mæret quis? huc accedat;
Tristes, & anxiæ curæ
Exulant isto Rure.
Dulce tu Animæ solatium es;
Tu mentis gaudium,
Tu cordis iubilum,
Vnica mea salus, & spes
Dulce tu Animæ solatium es.
El. Vsquequò hinc, & hinc Popule infide
Sicut claudus incedis?
Si Dominus est Deus
Sequere illum fidelis.
Deum vocas Baal, illum sectare
Ingrata, rebellis, incredula Gens;
Ceruicis durissimæ,
Pietatis leuissimæ
Nunc Deum adoras,
Nunc Baal honoras,
Errantibus Astris tua similis mens.
Ingrata &c.
Ego Propheta Dei
Solus remansi Elias.
Quadringenti Baal, & decies quinque
Mendaces erant Vates,
Sed Cunctis nece illata
Omnium triumphos tuli.

Viuat

Viuat Deus.
Furor meus :
Vrat pectus ;
Dei Affectus
Corde accendat igneum zelum ,
Eo defensus,
Illo accensus
Nil timebo ,
Sat valebo
Grande Numen condens Cęlum . Viuat &c.

Ach. Naboth serue fidelis
Audi verbum , audi vota Achabi , & Regis .

Nab. Iubeat Rex Israelis;
Verbum Domini mei est verbum legis.

Ach. Iuxta regalia tecta,
Domumque propè meam
Pusilla est Vinea tibi ò care Naboth,
Illam nunc mihi trade ,
Vt O'erum sit Regi Hortus conclusus .

Nab. Propitius mihi sit Æternus Deus ,
Nè dem Patrum meorum
Hæreditatem tibi .

Ach. Si Vineam tuam dabis
Ego vel meliorem,
Aut si videtur, iustum
Argenti pretium tradam,
Gratum tenebis quoque Achab , & Regem .
Vineam si dederis
Perfrui quàm poteris
Nemo te ditior
Quanta lucraberis ;
Potens , & clarus
Regi tu carus,
Auis felicior,
Magnus vocaberis Vineam si &c.
Ergo amate Naboth da Vineam Regi,
Et Rex quod petis dabit .

Nab. Medium si dones Regnum
Immotus mente stabo
(Parce famulo tuo) vnquam non dabo.

Ach. à 2. Da quęso illam , quia pulchra , & cara
Nab. Non dabo illam , quia nimis cara

Acb. Ferit pupillam oculi mei
Nab. Tanget pupillam oculi mei
Ach. Naboth crudelis famuli rei
Nab. Crudelis Regis, Achabi rei
Ach. Mihi dum negat, manus auara.
Nab. Forte si rapiat manus auara.
Ach. Da queso illam &c.
Nab. Non dabo illam &c.
Iez. Ergo Vir ille iniquus
Zelotes Dei sui, nostri contemptor
Sacros Baal Profetas
Cruento inuasit ferro, omnes necauit?
Mendax Vates, Sacrilegus Elias
Indignantis Reginæ
Flagellum non euadet
Interfecti sunt illi, & ipse cadet.
Cadet impius, & crudelis.
Petat montes, adeat Valles
Nemus, Antra, cœcos Calles
Non effugiet ille reus;
Ecquis homo, aut Israel Deus
Opem dabit
Eum seruabit
Manu, & ira Iezabelis?
Cadet impius, & crudelis.
Acb. Naboth, ingrate Naboth
Sic ergo Regi tuo amanti, & caro
Vineam tradere negas?
Benigne te rogaui
Nec pretium denegaui
Serue nequam inhumane, & infidelis
Erroris pænam lues
Et quem spreuisti orantem
Videbis fulminantem
Vos vmbræ horribiles
Furiæ implacabiles
Auerni è limine surgitæ, lædite
Seruum nequissimum,
Pectus durissimum
Pro tanto crimine flagellis cædite. Vos &c.
Nab. En iterum redeo ad te ò Vinea mea,
Quam tui allectus forma

Aua;

Auarus Rex anhelat;
Redeo ad te Pulchra, ò cara
Sicut Ceruus ad fontem, Auis ad nidum;
Aurea tecta non curo,
Parui thesauros pendo,
Quæ mihi & Regio verbo
Achab spondet pro te, omnia contemno.
Mei cordis intima quid iam optatis?
Gaudia, diuitias,
Pacem serenam?
Aurum, Delicias,
Lętitiam plęnam
Vna dat Vinea, & omnium satis.
Pinguis, & munda
Vuis fecunda
Omne fert bonum pretiosa hæc Humus;
Leuis, vt fumus
Nebula efflando,
Turbo, vel Grando
Procul hinc abeunt amicis Fatis. Mei &c.
Sed iam cecidit dies,
Ad otia nox me inuitat,
Sub hac virenti Pinu
Gramineum stratum paro, & lassa membra
Torpidus hic depono,
Pulsis ac mente curis
Dulci, placido somno ecce me dono:
El. Quid agis hic Elia?
Iezabel fremit ira, Illi iam nota
Funera Prophætarum,
Concita in te furore
Mortem quærit pro morte, ò Vates caue
Caue, fuge Dei Propheta;
Infideles
Et crudeles
Linque Terras;
Non aberras
Quando Dux
Cęli est lux,
Viæ tuæ Deus est Meta
Caue, fuge Dei Propheta.
Finis Primæ Partis.

SECVNDA PARS.

Nab. QVæ terribilis larua occurrens menti
Somnos nunc turbat meos?
Naboth, Naboth quid vides?
Achab Vinea negata,
Saxis obrui me iussit.
Heu miserum iam cerno
Truculentos Ministros
Lapides iacientes,
Meque percutientes,
Eia surge Naboth, arripe fugam.
Quo fugio, quid video?
Vmbras, fallaces vmbras,
Et ficta simulacra
Hominis delirantis,
Animæ somniantis.
Naboth reuertere, ne timeas; Dormi:
Donec serenus consurgat Dies
Amica quies membris donetur,
Lætum cor maneat, mens non turbetur
Laruis inanibus, & visu informi.
Naboth reuertere &c.
Adhuc times Naboth somnum non capis?
Vbi saxa, & lictores;
Qualis reus peccati, vt timeas mortem?
Spectra sunt Dormientis,
Nouus error et Mentis.
Quid insidas
Tu formidas
Noctis vmbras?
Somnia horrenda
Non timenda Cordi meo,
Sed Rebelli, Audaci, & Reo
Labe criminis enormi.
Naboth reuertere, ne timeas; Dormi.
El. Discessi, iam discessi, Vrbem reliqui
Feminæ timens iram;
Quæ fera crudelior illa! Ira non est
Mulieris ira maior.
Iez. Regni turbator mei

Meo-

Meorum, & Vltor Vatum
S. Profugus abijsti
Sanguinum Vir, & Populi seductor
Quocumque tenes iter, mortem expecta.

Iez. Quo gentium adibis
Inique peribis;
El. Perterritus lætho
Deserta nunc peto;
Iez. Regina Israelis
à 2. Insequitur te.
El. Regina crudelis
Insequitur me.
Iez. Qui custos in via?
Quis Deus pro Elia?
El. Tu Rector sis Deus,
Protector & meus
Iez. O vir infidelis
à 2. Non fugies à me
El. Elias fidelis
Confidit in te.
Iez. *El.* *à 2.* Quo gentium &c.
Perterritus &c.

Ach. Achab infelix Achab
Quid tibi aurea corona, & Israel sceptrum?
Quid pluuia è Cælis data?
Post debellatos Hostes,
Tot paratas victorias
Vbi pax, vbi quies?
O nunquam firma sors, inuida semper;
Gaudia lacrymis mixta, & spinis Rosæ.
Vinea mihi negata
Cordis amænam Pacem
Rapuit Seruus imbellis,
Et vbi modo iacens
Otia mærori quæro
Maiora & hic tormenta, heù dolens fero
Si molli, & florido
Achab in lectulo
Requiem vt capias membra reclinas,
Quæ mentem lacerant,
Et corda macerant
Adauctas inuenis curarum spinas. Si molli &c.

Ioz.

Iez. Quæ curæ, graues curæ
Achab dilectæ Coniux
Serenum turbant frontis?
Cur Tristis, gemebundus
Thalamo nunc proiectus
Cum Iezabele tua escam non capis?
Ach. Perfidus, & crudelis
Naboth, Naboth est mihi
Tanti causa mæroris;
Vineam ab eo quæsiui
Daturus meliorem,
Aut Pretio Argenti accepto;
Improbus autem Ille
Negauit inhumanus.
Iez. Grandis authoritatis
Achabus es, & Regnum
Bene tu Regis Israel.
Surge, veni, spera, & gaudens
Mestis curis ianuas claudens
Ede, Bibe, ò Rex, ò Care;
Vineam Nanoth infidelis
Ego dabo, & Iezabelis
Erit sors Consorti dare.
Surge, veni &c.
Ego Epistolas mittam
Nomine inscriptas tuo
Ad Optimares Vrbis
Vbi Naboth moratur;
Annulo Achab signabo,
Quarum sententia erit:
Ieiunium prædicate,
Et Populi inter Primos
Facite Naboth sedere;
Subdite mox in Eum
Duos Viros Belial,
Falsum de Illo ferant;
Benedixit Naboth, & Deo, & Regi;
Educite tunc illum,
Lapidibus cædatur
Et ita moriatur.
Audisti Achabe mi Reginæ inuentum?
Ach. O Blanda verba Vxoris.

Leua.

Leuamēn mei doloris:
Mulieris bonæ, ac fortis
Quam felix Ille Vir, Diues, Beatus:
El. Quæ Vox loquentis Dei
Aures percutit meas?
Quid agat hic Elias
Domine à me requiris,
Tù iam rectè nouisti;
Zelo zelatus sum pro te mi Deus.
Pactum fregerunt tuum
Israel iniqui Filij,
Altaria dextruxerunt,
Profetas occiderunt;
Solus nunc derelictus;
Animam quærunt meam
Iezabel odit me, iussit occidi.
Veni ad hanc horrendam specum
Iezabelis metuens iram;
Mitior mecum efferarum
Turba hic iacet Belluarum;
Verbo meo
Paret Leo,
Tigres ponunt rabiem diram
Veni ad hanc &c.
Nab. Quò me duxistis impij Achab Ministri?
Mali quid egit Naboth
Quia neci dare vultis?
Nudis video lacertis
Paratos vos hic stare,
Manibus video saxa;
Quid agitis ò crudi?
Ictus vibratis iam; finite quęso
Sinite, audite::::
Sed heù, heù grandis pæna, ad auras loquor.
Carnibus attritis nunc, effractis venis
Sanguinis vnda fluit,
Madidumque iam solum
Sparso cruore rubet;
Langueo, deficio, morior.
Mundus morior à labe, Innocens plector
Falso notatus culpa;
Crimine, Dei & Agnum, audio Prophætas

Men:

Mendacium argui linguis,
Insontem flagris cædi, & Ligno affigi.
Plaudat ergo Fortunatus
Ab iniquis Naboth cæsus;
Typum geret fortè Illius
Qui nullius culpæ reus
Nouus Naboth, Homo Deus
Carne attritus, Morti datus
Erit Illi, & Mundo Iesus Plaudat &c.
Morere, eia morere
Naboth, & duram mortem
Tranquillo excipe corde.
Veni cara ò Mors ad me;
Tot in pœnis
Quantum lenis
Meos dolores
Meos languores
Pulchri doni amata spe
Veni cara, ò Mors ad me.
Ach. Quandonam fausta dies,
Felix adueniet hora, & nuncius lętus
De superbo Naboth vita iam functo?
Expecto Iezabelem
Spero Fatis cessisse Impium, crudelem.
Quo scuto munitum
Cor durum, ingratum
A Vindice Pęna
In Mortis Arena
Manebit inultum?
Iam saxis attritum
O Naboth, necatum
Preuideo
Te video
Vnaque sepultum.
Iez. Achab, Achab quid agis?
Surge, plaude, lætare;
Lapidibus percussus
Naboth extinctus iacet,
Eia non amplius moræ
Vade ad Vineam, tua, est posside illam.
Quid valeat Fęmina, ò Rex agnosce;
Me vis terribilem

Fe-

Feriam, necabo;
Optas amabilem
Ludam, cantabo,
Quæ cupit animus à me nunc posce
Quid valeat Fęmina &c.

Acb. O fortunatum nuncium;
Quam teneor Iezabeli,
Surgo iam, Vineam adeo, propero, & volo
Post fugatos Belli metus
Non sic lætus
Victor Dux ad patriam redit;
Sicut parta Vinea gaudens
Illuc plaudens
Rex Achabus nunc incedit.

El. Siste gradus Achab, siste quo tendis;
Missus à Deo sum Ego, audi Tonantem:
Occidisti, insuper & possedisti;
Sanguis Naboth effusus
Ad me de Terra clamat;
Vbi Canes linxerunt
Innocentem cruorem,
Lambent & quoque tuum
Lambent tuum, & Iezabelis
Canes Rabidi, Canes feroces:
Surgat Baal tunc de Cęlis
Manu extenta, brachio forti
Tegat Vos, eripiat Morti;
Lacrymantium,
Deprecantium
Pius, benignus audiat voces
Lambent tuum &c.

Acb. Quæ nuncias mihi Elia! Heu me infelicem:

Nab. Infelix quidem Achab, Achab crudelis;

Vmb. Cuius necasti corpus
Vmbra ego sum, quæ loquor;
Audisti Eliam, audisti?
Age triumphes ergo, ad Vineam vade,
Vade potitor Illa, hortum iam para.
Et Vos Incolæ Terræ
Ab Vno discite Omnes:
Per quæ fit Homo Reus,
Plectit per Illa & Exercituum Deus

Quot

Quot ærumnis pandit limen
Sola culpa, infandum crimen
Iudex Hominum, Cœli ò Rex!
Pax non erit Impio, & Quies,
Triſtes aget noctes, dies;
Peior Cane in eum latrabit
Conſcia mens, & reum damnabit
Iuſti Dei Superna Lex.
Quot ærumnis &c.

F I N I S.

